



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

SURRIUS

gōt
MÖR
RVIII
5

232 NOVEMBRI^{IS} XXV.
VI TA SANCTI FELICIS ARCHIEPISCOPI
RAVENNATIS, VT HABETVR LIBRO QUARTO
historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei
viri doctissimi.

25. Nouēb.

S. Felix à
Rom. Pon
tifice, sa
cra insula
in signatus.



V B R O G A T V S est in locum Damiani Felix, anno à
partu Virginis septingentesimo, quām, vt supra memora
uimus, duobus post annis Thesophylactus Rauenna adhi
buit. Hic enim Felix Rauennatum Archiepiscopus, ab Ro
mano Pontifice insignitus sacra insula, cū veterem pecu
niæ pensionem denegaret, quæ more maiorum, veterique
instituto, & recenti superiorum Archiepiscoporum testi
monio debebatur, atque ita se in ceteris rebus quint
Maximo Rauennati Ecclesia præscriptis gereret, quasi non
hil sibi negotijs cum illo esset, conuocatis ciuibus, efficaci oratione habita, horatus
est, vellent antiquæ nobilitatis spiritus retinere, neque libertatem, tantis laboribus
partam, adeò facile eremptam, patenter sibi diutius occupari: præsertim quod Ca
sar, quanquām non esset opem Rauennatibus aperitè laturus, (quod neque credi
poterat) ramen nec etiam Pontifici Maximo esset assensurus, aut affuturus, ob tot
in illum inimici animi significaciones iam exhibitas. Augebant animos Rauenna
tibus, vetus cū Longobardorum Rege, Archiepiscopi familiatitas atque uis, &
ardissima cum Mediolanensi Antistite & Aquileiensis consuetudo: qui Theodori
Archiepiscopi facinus agrētulisse visi fuerant. Itaque Rauennates Felici alieni
tut, tributumque Pontifici & obedientiam negant. Verum Constantinus Pontifex
plurimum Rauennatum insolentiam ac superbiam miseratus, admiratusque, cum
cos horatus diu fuisse, nec quicquam proficeret, de omnibus certiore lusinian
um fecit. Qui Theodoro Patricio, classem apud Siciliam agenti, imperat, vt auda
quamprimum classe, Rauennam contendat, derque operam, vt Felix Archiepisco
pus Pontifici satisfaciat. Archiepiscopus & factio proceres, re cognita, ex omni
bus confessim Flaminie ciuitatibus auxilia euocare, idem que ex omni Exarchatu
curareque Padi alueum, eo loco, vbi Ferrariam nunc videmus, incidentem, illud
flumini alueum sternentes, quod vulgo ad Turrim fossæ appellatum, ad hanc diem
influit. id autem ob id factu est, vt maiore aquæ copia in Padusam effusa, in quam
Padusam tunc Padusco riuo infuebat, ager, qui circa Rauennam est, aqua magis
compleretur: atque hac ratione, vt Agnellus, referente Blondo affirmat, Theodo
ro aditus ad urbē intercladeretur. Theodus impiger, in Illyrio aucta classe, à Ve
neris, quo quot naues in promptu haberent, accersit, moneretque vt ad Rauennam
in tempore ad sint. Postquam autem classis in conspectum se dedit Rauennates, &
sceleris conscientia, & tanto apparatu exterriti, raptim & temerè omnia agere. Ac
cedente proprijs classe, ad arma tumultuarie concurrunt, quod milites, quos ex a
gris & finitimis ciuitatibus euocauerant, inermes, ac militia rudes essent. Theodo
riani milites tranquillam tempestatem natūrā, toto littore descensiones faciunt. Ibi
cum Rauennatibus & nonnullis mercenarijs veteranis manus conferta, sed mini
mo negocio in urbem, fusi fugatique, repelluntur. Quapropter rei benè gerendæ
capitur, ac
iterum pro
tifici subi
citur.
Felix Episcopus in
exilium
relegatur
excusat.

Rauenna
capitur, ac
iterum pro
tifici subi
citur.
Felix Episcopus in
exilium
relegatur
excusat.

lustrinianum Felicem candens aris intuitu obsecat, at
que vna cū ceteris Rauennatibus, per Ponti oppida relegatos diuist. Hanc cladem
Rauennatem, vt scriptores tradunt, si quis nō huius solùm Longobardi belli tem
pora percenscat, sed Gothorum quoque numeret calamitates, vix ullam reperiat,
huic, ab infelicitis antistitiae temeritate ortæ, conferendam. Quo fit, vt omnino sit fal
sum, quod Spretus scribit, nulla vñquām vi Rauennam fuisse captam, cū id sa
pius, magno malo, experta sit. Tantus ab hac Rauennati calamitate, reliquis ciuita
tibus timor incusus, vt Cæsarianasne partes, an Longobardorum sequentur, in
certæ, ingenti mero, & extremis casib, penè opprefæ viderentur: in tanta præfer
tim Italæ perturbatione: siquidem Aispradus, superato auxilio Bauarorum, Arit
perto,

perto, auitum Longobardorum regnum fuerat adeptus: breuique moriens Luit-
prandum filium successorem reliquit.

Constantinus Pontifex, cum adeo insigni calamitate Felicem Archiepiscopum, Rauennatusque affectos audiuisset, agre admodum tulit, minimeq; rem probauit, quod hominem in sanitatem restituiri, non tot calamitatibus affici voluerit. Postea Felix Archiepiscopus reliqua hæresi (vt Platina testis est) patriæ ac sedi restituitur, ijs Rauennatis ecclesiæ thesauris receperit, quos lusitanianus Cæsar habuerat. Ante quā in exilium pulsus esset, elegantissimo stylo plurima composuerat: atq; inter cetera in Danielis desolatione, quæ apud Mattheum Euangelistam habetur, luculentum commentarium: quem fæcere sui vix in columen seruauerunt: quod ipse libros omnes ab se scriptos, cum ob cæcitatem expolire, & absoluere non posset, antequam diem obiret, igni tradendos iussit. Collegit etiā ad vnum, sancti Petri Chrysologoi conciones: quod oqus, magnam partem adhuc extat, cum commentariis & cetera perierint. Admirabili eloquentia concionari ad populum consue- uerat, tantaq; religione ac sanctitate post exiliū floruit, vt multa supra naturam prodigia ex ipso manant. Exeunte enim illo Byzantij portam: quam ad vrbē, gra- tias Cæsari de restituenda patria acturus, se contulerat: cum se quidam claudum simu- larerit, peteretque ab eo, opis sibi aliquid fieri, Cur te, inquit Felix, quod non es facis? Cur illudis? Surge, & seruos Dei irriderè n̄ velis. Alij à nauibus haud procū pœsto- labantur, vt ab eo, quem in egentes munificum, liberalemq; sciebant, pecuniarum aliquid elicerent. Quapropter consilio inito, ex socijs vnum in via iacentē consti- munt, cum affirmantes adueniam, ian mortuum, sequentes eo expectare auxilium, in quo sepultura tradi posset. Quamobrem vir sanctus palliū proiecxit, quo vestie- batur: mox abeunte illo, socium iacentem vocantes, vt surgeret, examinem ac verē mortuum inuenient. Hac Cæsar cūm resciuisset, Felicem iuberet ad se ē nauis accerifi- ri: summaq; veneratione excepto eo, impenetravit ab homine plurimū renuente, vt manu in formam Crucis deduxit, sibi benē precaretur.

Igitur Felix Archiepiscopus Rauennam regressus, post multas virorum sancto- ram reliquias, in Vrsiana æde pluribus locis honestissimè positas, pateras ex argento dono dedit: & supercilij arcum, cui & carmina inscriperat, & martyrum complures reliquias inclusarat, extruxit. Arcas pro aris, ex cupresso conficiendas curauit, i. ornata. psūmque, vt appellant, salutatorium, vnde Archiepiscopi ad sacra solennia incho- anda, coram populo procedunt, erexit: regiasq; eianas, admirabili opificio carmi- ne exornauit. Tandem verò septimo Calendis Decembbris, ex hoc lachrymabili ho- spitio, caleitem in patriam profectus est, in numerumq; Sanctorum adscitus, & in D. Apollinaris Classensis, sepulcro ex marmore, ab ara diuine Feliculæ haud procū compositus. Praefuit Rauennati Ecclesiæ, annis circiter xiix.

BREVIS MEMORIA MARTYRII SS. FACVN-

DI ET PRIMITIVI, VT HABETVR IN LVCI

Marinei Siculi, Regij historiographi, de rebus Hispani-
næ, libro quinto.

FN Hispания præses Decianus, super ripam fluminis quod Seya di- cebatur, secus stratum, vbi erat idolum ad immolandum ei, mul- titudinem gentium congregauit. Erant autem non longè ab eo SS. Facun- dus & Pri- mitivius Christianissimi, qui noluerunt idolo immolare: & propterè accusati, apud iudi- cem, ducti sunt ad eum. Quos cū multis minis exhortatus fu- isset, vt idolis immolarent, responderunt: Nos quotidiè immo- lamus Domino Iesu Christo: & nobis optabile est pro eo pati. & sic usque ad mortem perseuerarunt.

27. Nouēb.

Pontifex Fæ-
licem pre-
nitenrem
sug sedi re-
stituit.

Opera eius
vt petie-
runt pro
maiore par-
te.

Sanctitas
eius.

Novit se-
creta homi-
nū corda.

Ecclesiastici
suum San-
ctorum re-
liquias ac
variae vte-
silibus ex-
ornat.

Feliciter
obit & san-
ctorum ca-
talogo ad-
scribitur.